

Postea (*incensato altare in Parasc.*) Episcopus aliquantulum extra altare in cornu Epistolae lavat manus nihil dicens. *Caer. Ep. I. II. c. XXV. n. 34.*

Celebrans extra cornu Epistolae stans versus populum sine mitra lavat manus (*in Parasc.*) *Ibid. c. XXVI. n. 19.*

Finita communione (*in Coena Dom.*) . . . Episcopus retrahit se extra cornu Epistolae versa facie ad populum, ubi lavat manus sine mitra. *Ibid. c. XXIII n. 7.*

## LECTIO NONA.

### 1) Canonici hebdomadarii.

Ad nonam lectionem, quae per celebrantem Canonicum vel hebdomatarium in stallis canonicalibus vel prope altare tum etiam pluviali indutum cantetur, Canonici et reliqui de Clero stare non tenentur. n. 1966 ad 1 die 15. Febr. 1659.

Vd.: *Benedictio in Matut.; Lectiones* (modus cantandi).

Circa finem 3. n. Canonici faciens Officium accipit Pluviale coloris temporis congruentis et duo Cantores similiter vel plures, si consuetudo sit, induunt pluvialia. Cum cantatur 8. Resp. duo Acolythi sumunt candelabra, quae cum candelis accensis deferunt aut Canonicum paratum et ea tenent, donec legerit totam lectionem et incoeperit: *Te Deum etc. Caer. Ep. I. II. c. VI. n. 15.*

### 2) Episcopi.

Ad Episcopum pertinet cantare nonam et ultimam lectionem, quando Matutinum solemniter celebrat. n. 532 die 18. Mart. 1617.

Episcopo nonam lectionem cantante Canonici et reliqui de Clero stare tenentur. n. 1966 ad 1 die 15. Febr. 1659.

Nona et ultima lectio dicetur ab

ipsomet Episcopo. *Caer. Ep. I. II. c. V. n. 4.*

Vd.: *Jube Domne.; Lectiones* (Cantor.)

Nonam lectionem cantat ipse Episcopus stans in sua sede Pontificali cum cappa detecto capite conversa facie ad altare, ad quem tunc et non prius accedunt duo Diaconi assistentes et ministri de candela et libro. Episcopus autem, si non aderit in choro major se, stans dicit cantando versus altare: *Jube Domine* (non *Domne*) cui absolute respondetur per chorum: *Amen*. Si vero adesset Legatus aut aliquis Praelatus major se, Episcopus versus ad illum peteret benedictionem; ille vero stans in loco suo responderet: *Ad societatem etc.* vel: *Per evang. dicta etc.*, factis tamen prius mutuis reverentiis inter Episcopum et Legatum seu alium Superiorem majorem. Et dum Episcopus cantat suam lectionem, omnes pro ejus reverentia stant detecto capite. Qua finita Episcopus profunde caput versus altare inclinans dicit: *Tu autem Dom. etc.* et resp. per chorum: *Deo gratias. Caer. Ep. I. II. c. V. n. 9.*

Cantata nona lectione per Episcopum (*in Matutino Nativit. Dam.*), ad quem iterum duo Assistentes Diaconi in habitu choralis debent accedere, intonat *Te Deum etc. Ibid. c. XIV. n. 9.*

### 3) De homilia Dominicae.

Vd.: *Lectio nona de Simpl.* (decr. n. 4746; 4767.)

### 4) De Sanctis.

Cf.: *Lectiones de Sanctis; Octava Corp. Chr.* (Off. infra etc.); *Officium* (transf. in sequ. annum, decr. n. 4039; 4810.)

Infra octavam SS. Corp. Christi recitari debere nonam lectionem de Sancto simplici, de quo in Laudibus facienda est commemoratio, ex quo ejusdem so-

lemnitatis sint Ascensionis et Corp. Chr., ut utraeque admittant commemorationem simplicium, nec dispar ratio possit assignari, quod in una sit peragendum, in alia ommittendum videatur. n. 2013 ad 1 die 22. Nov. 1659.

Occurrente festo duplici infra octavam SS. Corp. Chr. ac etiam festo Sancti simplicis nonam lectionem habentis, de hoc Sancto recitari debet nona lectio tam apud Saeculares quam Regulares, qui ad horas canonicas tenentur. n. 2872 die 21. Jan. 1679.

*Ad dubium*: an infra octavam SS. Corporis Chr., quando contingat in Officio fieri debere commemor. festi simplicis, sit pariter de eodem festo recitanda 9. Lectio? S. C. resp.: *Negative*. n. 2483 die 8. Junii 1669.

*Ad dubium*: Quum decisum fuerit, non debere legi 9. l. de festo simplici, quando occurrit de eo fieri commem. infra octavam SS. Corp. Chr., supplicatur: an debeat legi si dictum festum simplex concurrat cum duplici infra eandem octavam? S. C. resp.: Est dicenda 9. l. n. 2561 ad 1 die 12. Sept. 1671.

*Ad dubium*: Dum occurrit festum dupl. in octava Corp. Chr. cum simplici, utrum 9. l. de simplici legenda? S. C. resp.: Legendam esse 9. l. de simplici in Officio de Sancto dupl. infra oct. Corp. Chr. n. 3301 ad 9 die 10. Jan. 1693.

*Ad dubium*: an infra octavam Corp. Chr. occurrente festo 9 ll. vel trium, intelligatur eo die militare rubrica Breviarii ante dictum festum posita atque decretum 8. Junii 1699 de non recitanda 9. l. festi simplicis occurrentis infra dictam octavam, an potius eo die legi illa debeat? S. C. resp.: In Officio tantum de octava ommittendam 9. l. festi simplicis. n. 3718 ad 7 die 4. Apr. 1705.

*Ad dubium*: an Dominica infra octavam Corp. Chr. in iis locis, in qui-

bus dicta octava respuit omnia festa praeter illa 1. cl., gaudeat privilegio octavae excludendi scilicet 9. l. de festo simplici in ea occurrente? S. C. resp.: *Affirmative*. n. 4475 die 16. Sept. 1801.

*Ad dubium*: an de semid. et dupl. min. (pro quorum transl. non superest locus in toto anno) legenda sit 9. l. ad Matut., composita ex omnibus eorum lectionibus ppr. 2. n. ad modum unius in omnibus dupl. 1. cl., exceptis illis trium ll., festo et octava Corp. Chr. et quoties legenda occurrat 9. l. de homilia super Evang.? S. C. resp.: *Affirmative* exceptis illis trium ll. etc. n. 4378 ad 5 die 15. Junii 1776.

*Ad dubium*: Occurrente in Solemnitate Ascensionis D. aliquo Officio ritus dupl. vel semidupl., quod ad anni exitum reponi nequeat, an de hoc Officio praeter commemorationem in utrisque Vesp. „Laudibus et Missa. apponi etiam debeat IX. Lectio historica ex duabus vel tribus una? Et S. eadem C. . . rescribendum censuit: *Affirmative* juxta alias decreta. Atque ita servari mandavit. n. 5084 ad 2 die 17. Febr. 1847.

*Ad dubium*: 1. An Dominica infra Octavam SSmi. Corp. Chr. adnumerari debeat diebus infra Octavam, ita ut excludat IX. Lectionem de Simplicis, vel e contra?

2. An id valeat etiam in Calendario Veronen. ubi ex Decreto s. m. Pii Papae VII. diei 16. Nov. 1819 ab universo Clero Civitatis ac Dioecesis Solemnitas Corporis Christi agitur cum Octava adeo privilegiata, ut intra ipsam locum tantum habeant duplicia I. et II. Cf.?

Et S. eadem C. . . respondendum censuit:

„*Affirmative* ad utrumque.“ n. 5206 die 12. Aug. 1854.

*Ad dubium*: Quando substituenda est homilia dominicae, vigiliae etc. aut

lectio simplicis nonae lectioni festi, quod habet 9 ll., an quandoque praecipitur aut convenit 9. l. festi jungi octavae, puta cum 9. l. continet laudem propriam Sancti vel Sanctorum, de quibus fit Officium, ut in Officiis s. Joseph, 7 Fratr., SS. MM. Nerei, Achillei etc. et in similibus? S. C. resp.: *Debere* jungi si sint historicae, secus convenientius *posse*. Die 23. Mai 1835 in Namurcen. ad 6.

*Ad dubium*: Post Decretum diei 12. Apr. 1823 in una Panormitana, per quod S. R. C. concedit commemorationem fieri posse cum historica IX. Lectione de Duplicibus simplicibus in omnibus Festis, exceptis dumtaxat Triduo majoris Hebdomadae, Pascha Resurrectionis et Pentecostes cum duabus sequentibus Feriis: an dari poterit IX. Lectio in Dominicis Quadragesimae et Adventus, licet Rubricae generales id prohibeant? Et similiter infra Corporis Christi Octavam, non exclusis ejus Festo et die octava, poterit apponi IX. Lectio, quam Rubricae peculiare a s. m. Pio Papa VI. approbatae sub Numero 177 omnino inhibent?

Emi. et Rmi. P . . . rescribendum censuerunt:

„Negative ad utramque partem.“

Atque ita S. C. rescripsit et servari mandavit. n. 5224 ad 1 die 14. Maji 1856.

### 5) De Simplici.

Habetur Decretum in Parmen. diei 16. Sept. 1801, juxta quod IX. Lectio de Festo simplici occurrente in Dom. infra Oct. Corp. Chr. omittenda est iis in locis, in quibus dicta Octava respuit omnia festa, praeter primae Classis. Quaeritur: utrum etiam in aliis locis, ubi Octava SSmi. Corp. Chr. tali privilegio non gaudet, omitti debeat IX. Lectio de simplici, quando fit

Officium de Dom. infra Oct. ritu semidupl.?

S. vero C . . . rescribendum censuit:

„Servandam esse peculiarem Breviarii Rubricam Lectionem IX. Sancti ritus simplicis excludentem intra Oct. Corp. Chr.“

Atque ita rescripsit et servari mandavit. n. 5151 ad 4 die 7. Sept. 1850.

*Ad dubium*: Quando substituenda est Homilia Dominicae, Vigiliae etc. aut lectio simplicis nonae Lectionis Festi, quod habet novem Lectiones, an quandoque praecipitur aut convenit nonam Lectionem Festi jungi octavae, puta quum nona Lectio continet laudem propriam Sancti vel Sanctorum, de quibus fit Officium, ut in Officio Sancti Joseph, Septem Fratrum, Sanctorum Martyrum Nerei, Achillei etc. et in similibus?

S. C. resp.: „*Debere* jungi si sint historicae, secus convenientius *posse*.“

Die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 6.

Vd.: *Lectio nona de Sanctis*.

In Dom. in Albis potest legi 9. l. de simpl. festo occurrente, ut accidit anno 1735 de s. Aniceto. S. R. C. 5. Maji 1736.

*Ad dubium*: Utrum lectio festi simpl. adhibita pro 9. l. in off. divino debeat legi cum titulo, e. g. . . *Nona lectio pro ss. Cosma et Damiano*? S. C. resp.: Sine titulo. Die 1. Mai 1698.

*Ad dubium*: Aliqui Sancti habent in III. Noct. Lectiones proprias, et in particularibus Rubricis nihil dicitur: an IX. Lectio conjungenda sit cum octava, occurrente Homilia Vigiliae, Feriae vel Dominicae, sive etiam Lectione Sancti simplicis; quaeritur: an hujusmodi unio semper fieri debeat?

Emi. itaque ac Rmi. P . . . rescribendum censuerunt:

„Detur Decretum in Namurcen. diei 23. Maji 1835 ad Dub. 6.“

Atque ita rescripserunt ac servan-

dum mandarunt die 8. Aug. 1835. n. 4767 ad 2.

Vd.: *Hoc decr. supra inter alia: De Sanctis*.

### 6) Titulus.

*Ad dubium*: utrum lectio festi simplicis adhibita pro nona lectione in Officio divino debeat legi cum titulo, v. g.: Nona lectio pro SS. Cosma et Damiano? S. C. resp.: *Sine titulo*. n. 3459 ad 2 die 1. Mart. 1698.

### 7) Unio.

Vd.: *Lectio nona de Simplici* (decr. n. 4746; 4767.)

## LECTIONES.

### 1) Non approbatae.

A S. C. R. concessum fuit Ordini Minorum de Obs., ut recitare possit sub ritu dupl. in suis resp. diebus de ss. Apollonia, Barbara, Margarita et Ursula cum sociis. Sed non recitare possunt ll. 2. n. proprias, quae circumferuntur impressae in quibusdam modernis Breviariis, quia non sunt approbatae, sed sumendas esse de communi. n. 3019 ad 9 die 20. Mart. 1683.

Cf.: *Missale* (approbatio.)

### 2) Beatorum Ordinis.

Lectiones I. Noct. in Officio Beatorum Ordinis, quod sub ritu dupl. maj. per annum celebratur, erunt de communi. n. 2284 ad 6 die 12. Julii 1664.

### 3) Cantores.

Cf.: *Cantatar.*; *Jube Domine*; *Caeremon. ad lectiones*; *Nativitas D. N.* (Officium; Cantores); *Lectiones* (modus cantandi); *Lectio nona Episcopi*; *Lamentationes*.

Lectiones duas penultimas, quando Matutinae solemniter celebrantur ab Episcopo, cantandas esse *a duobus Canonicis, qui hinc inde assistunt*

apud Episcopum, sive sint ex dignioribus vel Dignitatibus, sive sint ex Canonicis etiam ultimis, dummodo assistant Episcopo, prout disponit Liber Caerem et prout etiam servatur in Capella Papali in Nocte Nativ. D. N. J. Chr., quando Papa solemniter Matutinum cantat. n. 532 die 18. Mart. 1617. Si Cantores, qui lamentationes cantent, haberi non possunt, tam lamentationes quam lectiones 2. et 3. Noct. esse cantandas a Canonicis, incipiendo a junioribus. n. 582 die 4. Apr. 1620.

In distributione Antiphonarum et reliquorum omnium, quae cantari debent a Canonicis, semper servandum esse ordinem antianitatis, non attenda majori habilitate et experientia modulandi. n. 1928 die 7. Sept. 1658.

Finitis psalmis I. n. Caeremoniarius ducit *junioem* Canonicum, qui est cantaturus primam lectionem, ad legile. Idem facit secundus et tertius Canonicus ac successive alii in 2. et 3. n. lectiones cantaturi. *Caer. Ep.* I. II. c. V. n. 5. 7.

Primae sex lectiones a totidem Canonicis junioribus incipiendo a juniore competenti voce et tono recitabuntur apud legile in medio chori collocatum; *septimam et octavam cantabunt hi, qui futuri sunt assistentes a lateribus Episcopi in missa. Caer. Ep.* I. II. c. V. n. 4. 5; S. R. C. 7. Sept. 1861.

Lectiones 2. et 3. n. (*in matutinis tenebr.*) cantant vel ipsi Cantores (qui Lamentationes cantabant) vel Canonici pro more Ecclesiarum incipiendo a junioribus, singuli singulas. *Ibid.* c. XXII. n. 10.

Lectiones ipsae (*in Off. Def.*) cantantur per Cantores vel per Canonicos, juxta consuetudinem loci, in tono consueto lectionum. *Caer. Ep.* I. II. c. X. n. 6.

In Ecclesia Cathedr. Asculana est immemorabilis consuetudo, ut Archi-

diaconus seu senior Canonicus praesens in choro committere solet alicui ex Canonicis ad libitum Lectiones legendas; quaesitum fuit: an Canonicus, quem Episcopus Pro-Vicarium deputaverat, talem legendi provinciam sibi injunctam renuere possit? S. R. C. resp.: Quodsi interveniat in choro uti Canonicus, debeat obedire. n. 627 die 2. Maji 1626.

#### 4) De Communi.

Vd.: *Lectiones de Script. occur.* (decr. n. 4787.)

*Ad dubium:* An in omnibus festis, in quibus habentur Resp. ppr., semper in nocturno Lectiones sumi debeant de communi? S. C. resp.: Affirmative n. 4787 ad X. 27. Aug. 1836.

#### 5) In Dedicat. Ecclesiae.

*Ad dubium Benedictinor. Einsidl.:* an in octava Dedicacionis ita omnia sint de die Dedicacionis praeter ll. 2. et 3. n., ut etiam ll. 1. n. desumendae sint ex die Dedicacionis, licet dies Octava occurrat in dominica habente initium scripturae? S. C. resp.: In die octava Dedicat. semper sunt repetendae ll. 1. n., quae jam lectae fuerunt in 1. n. Officii de ipsomet festo Dedicacionis. n. 4044 (alia dubia) dub. 6 die 5. Maji 1736.

Vd.: *Dedicatio Eccles.* (Lectiones.)

In die octava dedicacionis Ecclesiae ll. 1. n. sunt de communi et non de Scriptura. S. R. C. 2. Sept. 1741.

#### 6) Dominicarum.

##### a. Anticipandae.

*Ad dubium Benedict. Einsidlen:* an quando October tantum habet 4 dominicas, lectiones dominicae 5. Octob. in aliqua die hebdomadae praecedentis dominicae viciniori sint ponendae? S. C. resp.: Servetur dispositio Breviarii

rom. et in fer. V. et VI. et Sabb. hebdomadae 4. Oct. legantur lectiones de dom. V. continentes historiam martyrii ss. Machabeorum. n. 4044 ad titul. XXV. dub. 4 die 5. Maji 1736.

*Ad dubium Benedictinor. Einsidl.:* An, si per dedicationem Ecclesiae vel aliud festum cadens in Dominica impediatur Initium Scripturae talis dominicae et per octavam non sit locus pro eo, quod omnes dies sint de die infra octavam, praeter unam forte, quae tamen habet Lectiones de communi assignatas, tunc tale initium sit omittendum vel potius reponendum in illo festo, omissis lectionibus assignatis? Et quod si illud festum sit dupl. majus? S. C. resp.: Initium Scripturae aut transferendum est ad diem liberam, etiamsi post octavam hoc eveniat, aut anticipate legendum; sed in Officio, pro quo assignatae sunt ll. de communi, illae sunt legendae, quod faciendum est etiam in dupl. maj. n. 4044 (alia dubia) ad 5 die 5. Maji 1736.

Quando fit anticipatio Officii Dominicae, semper lectiones leguntur de illa dominica anticipata et dicenda sunt plura initia, ut in hoc clara videtur rubrica Breviarii. n. 4175 ad 6 die 4. Sept. 1745.

Dum per solam commemor. anticipatur Officium alicujus dominicae post Epiphaniam in Sabb. ante Septuag., quo occurrit festum 9 l., non habens lectiones 1. n. ppr. vel de communi assignatas, legi debeant illae de Sabb. occur., an vero, istis omissis vel praecedenter lectis, si sint de initio alicujus Epistolae, legendum sit Epistolae divi Pauli initium assignatum illae Dominicae, cujus Officium per commemor. anticipatur? S. C. resp.: Legendas esse lectiones de dom. anticipata, dummodo in Sabb. antecedenti non occurrat initium alterius epistolae s. Pauli. n. 4378 ad 10 die 15. Junii 1776.

#### b) Ressumendae.

Lectiones 1. noct. de Exodo dominicae IV. Quadrag., quoties ista sit impedita aliquo festo 1. cl., ressumendas esse intra illam hebdomadam in festo occurrente lectionibus propriis 1. n. carente, quae desumerentur de Script. occur., si festum illud extra Quadragesimam incidisset. n. 4039 ad 6 die 26. Novb. 1735.

*Ad dubium:* Juxta Rubr. Brev. tit. XXVI. n. 6 resumenda sunt initia librorum s. scripturae; an id intelligendum est etiam de secunda ad Corinth., de 2. s. Petri, de 2. et 3. s. Joannis? S. C. resp.: Affirmative. Die 23. Mai 1835 in *Namurcen.* ad 5.

#### 7) Festi dupl. maj.

Duplicia majora habent lectiones 1. n. vel proprias vel de communi non autem de scriptura occurrente. n. 4119 ad 3 die 2. Sept. 1741.

Lectiones 1. n. in Off. de festo dupl. maj. sumendae sunt ex ejus communi, si ex concessione non habentur propriae. S. R. C. 12. Julii 1664 in *una Ord. Min. Obs.*

#### 8) Festi dupl. min.

*Ad dubium:* an servanda sit dispositio rubricarum, quae praescribunt in Officiis dupl. minoris lectiones 1. n. de Scriptura legendas, etiam dum in Breviario forsan per errorem in aliquibus Officiis dupl. minor. indicantur ll. propriae vel de communi? S. C. resp.: Semper de Scriptura. n. 4849 ad 1 die 23. Febr. 1839.

Vd.: *Lectiones de Script. occur.* (decr. n. 4787.)

*Ad dubium:* An in omni Officio semid. et dupl. min. Lectiones I. Noct. desumendae sunt de Scriptura occur. in Proprio de temp. secundum regulam gen. Breviarii, et ut plus per annum legatur de Scriptura, omissis Lectioni-

bus, quae interdum assignantur de Communi, quin dicant specialem congruitatem cum Festo, vel quia extensum est Officium ad alias Eccl., ex his ubi gaudebunt elevatione ritu aut majori solemnitate?

Et S. eadem C. . . respondendum censuit: „Standum concessionis verbis.“ Atque ita rescribere ac proposita Dubia declarare existimavit. n. 5064 ad 2 die 27. Febr. 1847.

#### 9) Festi semidupl.

Vd.: *Lectiones fest dupl. min.* (decr. n. 5064); *Lectiones de script. occ.* (decr. n. 4787.)

#### 10) Hebdomadae quintae Novbr.

In pluribus locis hebdomada quinta Novbr. ob multitudinem Officiorum habentium lectiones 1. n. ppr. vel de communi, saepe non remanent dies pro recitandis omnibus initiis Prophetarum minorum, quamvis tria initia uno die recitentur; quaeritur: an in casu omittenda sint initia, quae locum habere non possunt, vel dicenda sint in Officio semid. et dupl. min. vel maj., licet habeant lectiones 1. n. ppr. vel de communi? S. C. resp.: Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. n. 4393 ad 13 die 27. Mart. 1779.

#### 11) Quando jungendae sunt?

Vd.: *Lectio nona de Sanct.* (decr. de die 23. Mai 1835.)

#### 12) Locus cantandi.

Vd.: *Legile.*

#### 13) Modus cantandi

(quando standum vel sedendum est?)

Vd.: *Lectio nona Episcopi; Tu autem Domine;* cf. *Chorus* (Modus recit.); *Lectiones* (Cantores.)

*Ad dubium:* Dum Hebdomadarius

in Choro pergit ad legendam Homiliam sive Lectiones III. Noct. Sancti, de quo fit Officium, ad Evangelium debetne tenere manus super Breviarium, vel potius junctas ante pectus?

Emi. itaque ac Rmi. P . . . rescribendum censuerunt:

„Ad libitum Hebdomadarii.“

Atque ita rescripserunt ac servandum mandarunt die 8. Aug. 1835 n. 4767 ad 3.

Dum cantatur per Canonicum textus Evangelii pro septima lectione, Episcopus et reliqui omnes stant, donec dicatur: *Et reliqua*, et postea sedent. Ipse autem Canonicus non debet recitando textum Evangelii librum nec se ipsum signare nec manus junctas tenere sed super libro prout in aliis lectionibus. *Caer. Ep. l. II. c. V. n. 8.*

Dum cantatur Versiculus, Caeremoniarius accedit ad Canonicum juniorem, qui lecturus est lectionem, et facta ei reverentia, ipsum ducit ad legile, ubi lectiones legi solent, quod locari debet in medio chori versus altare; quo cum pervenerit, facit cum Caeremoniario debitas reverentias altari et Canonicis, primum a parte chori, ubi est Canonicus faciens officium, deinde ab altera parte, et mox propius accedit ad Legile; et cum tempus erit, petit benedictionem caput profunde versus celebrantem inclinans, cui ille stans benedicit, quod et in aliis benedictionibus servat, hoc est, ut stans semper detecto capite benedicat.

Lectiones leguntur, festis praesertim diebus, a Canonicis, incipiendo a junioribus ad seniores; et quando non adsunt tot Canonici, primas legunt alii clerici in choro existentes. Legant autem distincte et devote in tono consueto in Ecclesia rom. Factis debitis reverentiis discedit. *Caer. Ep. l. II. c. VI. n. 12—14.*

#### 14) Ex Octavario romano.

*Ad dubium:* Quum aliqui Conventus Ord. Minor. Capuc. Hetruriae Titularem habeant S. Martyrem vel Confessorem vel Virginem cum Officio et Missa propria, et in die octava desiderentur Lectiones II. et III. Noct. propriae, quaeritur: an ipsa die octava omnia desumenda sint ab Officio diei Festi, vel potius Lectiones ipsae esse debeant de Communi?

Emi. itaque ac Rmi. P . . . rescribendum censuerunt:

„Lectiones II. et III. Noct. in casu desumantur ex Octavario Romano?“

Atque ita rescripserunt ac servandum mandarunt die 8. Aug. 1835. n. 4767 ad 1.

Vd.: *Lect. Octavar.*

#### 15) Octavarum.

*Lectiones in octava s. Joan. Bapt.;* vd.: *J. Joannes Bapt.*

*Lectiones in octava Dedicat.;* vd.: *Dedicatio Ecclesiae et: Lect. in dedic. Eccles.*

*Ad dubium 1:* An quando fit Officium de infra Octavam vel de Octava SS. Titularium vel Patronorum sive Dioecesis sive alicujus Paroeciae sive Ecclesiae particularis aut Religionis aut Congregationis in Matutino possint Lectiones pro II. et III. Nocturno desumi ex Octavario Romano?

2. Et quatenus negative: Quenam Lectiones pro II. et III. Nocturno in Calendario Dioecesano assignari debeant tam infra Octavam, quam in die Octava, quando agitur de Festo non habente in Breviario Romano Lectiones pro diebus Octavae illius Festi?

Emi. et Rmi. P . . . rescribendum censuerunt:

Ad 1. Affirmative: dummodo ejusmodi Lectiones non designantur in Breviario Romano.

Ad 2.: „Provisum in primo.“

Atque ita S. C. rescripsit propositione ab Episcopo Septempedano Dubia declaravit. n. 5227 die 29. Nov. 1856.

#### 16) Patroni principalis.

De Patronis principalibus tam Officium quam missa uti de dupl. I. cl.; et ideo Lectiones I. Noct., si non adsunt propriae, sumi debent de Communi, et non de Scriptura curr. n. 2302 ad 3 die 22. Novb. 1664.

#### 17) De Sanctis.

Vd.: *S. Ludovicus; Lectio nona de Sanctis; Guilelmus* (lectiones); *Lectiones hebdomadae quintae Novbr.; Initium Script.*

Decreta de Lectionibus propriis Sanctorum.

S. R. C. circa Lectiones proprias Sanctorum posthac concedendas, seu approbandas infrascripta servari decrevit:

1. „Ut petitiones Regularium de Lectionibus propriis non admittantur, nisi fuerint specialiter decretae ab eorum Capitulo generali, et de hoc fides authentica exhibeatur.“

2. „Et neque recipiantur petitiones Monialium viventium sub Ordinariorum jurisdictione, nisi eadem petitiones conjunctim fiant ab ipsis Ordinariis locorum, et de hujusmodi petitionibus publicum exhibeatur instrumentum.“

3. „Ut eadem servetur in petitionibus Communitatum, quae non admittantur, nisi cum instantiis Ordinariorum, ut supra.“

4. „Ut posthac non examinentur Lectiones propriae Sanctorum ab Emo. Cardinali deputato, nisi S. C. petitionibus ut supra exhibitis et propositis decernat annuendum et D. Cardinali deputato revisionem committat, qui deinde Lectiones revisas referre debebit a S. C. approbandas.“

Atque ita in posterum inviolabiliter

Decreta authentica. Tom. II.

servari mandavit, in contrarium non obstantibus quibuscumque. n. 2895. 17. Junii 1679.

*Ad dubium:* an lectiones ex Ven. Beda pro Januario in Officio cujuslibet mensis assignatae, quarum initium; quia b. Scholasticae commemorationem peragimus, (Benedictini Einsidl.) si eo mense hoc Officium impediatur, sint dicendae mense aliquo sequenti, quo primum fit Officium mensile de s. Scholastica? S. C. resp.: negative; lectiones unius mensis, licet non fuerint recitatae, non sunt legendae mense sequenti. n. 4044 (ad Titul. VIII.) die 5. Maji 1736.

*Ad dubium Benedictin. Einsidl.* S. G. decrevit: in festo s. *Joannis Chrysost.* universaliter In 1. noct. extra Quadrages. dicantur Lectiones de scriptura occurr.; intra Quadrages. de comm. doct. Idem pro s. *Joanne de Matha* servandum, et in Quadrages. dicantur II. de communi, scilicet: *Beatus vir.* In Officio s. *Anselmi* quocumque tempore II. 1. n. dicantur de comm. doctor: *Sapientiam.* — *Ad dubium:* Quid autem, quando in festo aliquo assignantur Lectiones: *Sapientiam* de Doctoribus; vel: *Beatus* aut *Justus* vel aliae de communi: an ita firmiter sint dicendae, ut tunc non possit eo die legi Scriptura occurrens, potissimum si sit initium cadens vel alias jam impeditum vel si alioquin in ea septimana initio Scripturae nullus esset locus, nisi omittantur tales Lectiones de communi assignatae? S. C. resp.: Quando lectiones assignantur legendae sive propriae sive de communi, omittantur etiam initium scripturae, quod reponendum est infra hebdomadam in Officio ritus inferioris, minoris dignitatis ac solemnitatis, etiamsi tale festum habeat lectiones proprias aut sint de Scriptura. — *Ad eorundem dubium:* Quid pro Lectionibus 1. n. in festo s. *Mar. Magd. de Pazz.*? le-

guntur enim in aliquibus Monasteriis ll.: *In lectulo meo etc.*; demum quid in Officio s. *Alexii*, in quo quaedam Brev. assignant pro ll. 1. n.: *Beatus vir?* S. C. resp.: In utroque Officio nihil innovandum et servetur rubrica Brev. rom. dicendo lectiones de Script., nisi adsit concessio specialis pro recitatione aliarum lectionum. n. 4044 ad titul. XXV. dub. 2 die 5. Maji 1736.

*Ad dubium*: Juxta Rubricas Breviarii titulo XXVI. num. IX. Lectiones de Scriptura positae in Communi Sanctorum leguntur, quando aliquod Festum novem Lectionum occurrit in Quadragesima etc.; an (posito quod non assignentur in Proprio Sanctorum) semper sumendae sunt de Communi primo loco? et quatenus negative: an pro lubito sumantur in primo vel secundo loco? vel quandonam? signanter si Festum Sancti Raymundi de Pennafort transferatur in Quadragesimam, an Lectiones primi Nocturni dicendae sint: *Beatus vir*; an: *Justus si morte?* — S. C. resp.:

„Regula in casu desumatur ex Lectionibus III. Nocturni.“

Die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 4.

Habetur in aliquibus Ecclesiis insignis reliquia Sancti alicujus, qui cum Socio est in corpore Breviarii et uterque habet festi simpl. ritum, veluti contingit in festo ss. Gerv. et Protasii, quorum duae lectiones vitam amborumque mortem enarrant. Dubitatur: An praedictae duae lectiones legendae sint in Officio dupl. illius, cujus reliquia habetur, vel sumendae sint de communi illius martyris, et de socio faciendae tantum sit commemoratio absque 9. l., eo quod I. cl. non sit praecipuum officium, de quo loquitur regula tabulae occurrence, si occurrat eadem die? S. C. resp.: Si in hoc casu lectiones disjungi commode possunt, legenda est illa de Sancto, cujus fit

Officium dupl. propt. reliquam insignem in 2. n., et haec erit 4. l., 5. et 6. sumendae sunt de communi, altera vero lectio poni poterit pro 9. l. in 3. n. tamquam de Sancto simpl., de quo fieri debet etiam commemoratio ad laudes; si vero non possunt commode disjungi, utroque ponenda est in 2. n. pro 4. et 5. l. et 6. legenda est de comm. et in hoc casu l. 9. pro festo simpl. repetenda non est, fieri tamen debet de eo commemoratio. Die 16. Junii 1677. in *Hispal.* ad 2.

#### 18) De Scriptura occur.

*Ad dubium*: Juxta Rubricas Breviarii titulo XXVI. num. 6. resumenda sunt initia librorum Sacrae Scripturae, an id intelligendum est etiam de secunda ad Corinthios, de secunda Sancti Petri, de secunda et tertia Sancti Joannis? S. C. resp.:

„Affirmative.“

Die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 5.

Vd.: *S. Pulcheria*; *Dominica quinta Octobr.*; *Dominicae Quadrages.*; *Initium Script.*

In una Santanderiensi ad Dub. 20. die 26. Januarii 1793 decretum fuit: Lectiones I. Nocturni in duplicibus et semiduplicibus, nisi expresse constet de concessione aliarum, ex Scriptura sumi debere utpote cohaerens Rubricae de Lectionibus; cumque praeter laudatam in ipso Dubio Festa, alia supersint, de quibus dubitatur, ut S. Agnetis, Agathae, Martini Ep. et Conf., Caeciliae, Clementis etc., quaeritur: utrum de his iudicium deferendum sit, quod ipsi Rubricae conformius videtur?

Et S. eadem C. rescribendum censuit ut infra:

„Legendas esse Lectiones de Scriptura occurrente, praeterquam in Festis

## LEGILE.

(*Lectorile.*)

### 1) Ad cantandas Lectiones et Prophetias.

Vd.: *Minister de libro*; *Bugia Canon. in choro*; *Fulpium*; *Lectiones* (Cantor.); *Lectiones* (modus cantandi); *Lamentationes*.

*Ad dubium*: an in tribus ultimis diebus Off. hebdomadae s. ac in aliis Officiis infra annum, in quibus cantantur Prophetiae, debeant Dignitates et Canonici Lectiones et Prophetias in eodem loco canere, in quo canunt Cappellani? S. C. resp.: De Legili. n. 3551 ad 22 die 13. Mart. 1700.

Caeremoniarius, quoties ducit aliquem Canonicum ante pulpitem seu legile nudum, ubi cantare debet lectionem, gerat manibus parvam candelam (in nocte Nat. D.) *Caer. Ep.* I. II. c. XIV. n. 6.

Canonici Colleg. s. Antonini Placent. tempore divinorum Officiorum in Choro non tenentur ab eorum stallis descendere et una cum Beneficiatis dictae Ecclesiae canere ad Lectorile magnum situm in medio Chori, quidquid ibi canendum occurrit. n. 3848 ad 1 die 2. Julii 1712 et 13. Febr. 1714.

*Ad dubium*: an Canonici Colleg. s. Antonini Placent. teneantur, permanendo in eorum stallis et absque accessu ad Lectorile positum in medio chori, canere una cum aliis Beneficiatis in Matut., Vesp. et Missis convent. ac sol. resp.: *Invitator.*, *Hymnos*, *Versiculos*, *Antiph.*, *Resp.*, *Introitus*, *Kyrie*, *Grad.*, *Credo*, *Offertorium*, et quidquid in Lectorile canendum occurrit vel solummodo teneantur Beneficiati et Mansionarii? S. C. resp.: Negative quoad primam partem; affirmative ad secundam. n. 3920 ad 1 die 10. Decb. 1718.

Caeremoniarius ducit juniorem Canonicum . . . ad Legile paulo ante cum libro lectionum praeparatum in

Sanctorum, pro quibus propriae assignantur in Breviario Romano.

N. 4478 ad 3 die 19. Sept. 1801.

*Ad dubium 1*: Quum pro nonnullis Sanctis propriis Regni Hispaniarum, de quibus recitatur Officium ritu dupl. min., habeantur Lectiones I. Nocturni de Communi, pro aliis vero de Scriptura occurrente, quaeritur: quae certa regula sequi debeat quoad memoratas I. Nocturni Lectiones in Officiis duplicibus minoribus?

2. An quoad easdem Lectiones I. Nocturni in duplicibus minoribus standum sit dispositionibus Directorii vel Breviarii?

3. An licitum sit in duplicibus minoribus et etiam semiduplicibus Lectiones I. Nocturni pro lubito desumere vel de Communi vel de Scriptura, quando diversitas extat inter dispositionem Directorii et Breviarii?

4. An illa Festa, quae prius concessa fuere aliquibus Ecclesiis vel Dioecesibus cum Lectionibus I. Nocturni propriis vel de Communi, et deinde concessa fuit extensio pro omnibus Hispaniarum Regnis vel toto Clero cum Lectionibus propriis, retinere debeant Lectiones I. Nocturni proprias vel de Communi?

Emi. itaque ac Rmi. P . . . respondendum censuerunt:

Ad 1: Lectiones I. Nocturni in casu esse de Scriptura, nisi diversae in Indulto expresse assignentur“:

Ad 2: „Jam provisum in proximo.“

Ad 3 et 4: „Ut ad proximum.“

Atque ita rescribere ac servandum omnino mandarunt. n. 4787 ad VI—IX. Die 27. Aug. 1836.

## LEGATUS APOST.

De ejus Sede, vd.: *Sedes Episcopi* (forma etc.); *Praeses*.